



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

76. De invidis sermonibus Pharisæorum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

mabant : Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israël. *Joan.* 12. 6. 12. 13.

MEDITATIO LXXV.

*De glorioso ingressu Christi
Hierosolymam.*

I. **C**UM appropinquaret jam ad descensum montis Oliveti, cœperunt omnes turbæ descendantium gaudentes laudare Deum voce magnâ, super omnibus, quas viderant, virtutibus, dicentes: Benedictus, qui venit rex in nomine Domini: pax in cælo, & gloria in excelsis. *Luc.* 19. *Vers.* 37. & 38.

II. Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum vocavit de monumento, & suscitavit eum à mortuis. Propterea & obviam venit ei turba; quia audierunt eum fecisse hoc signum. *Joan.* 12. 6. 17 & 18.

III. Et cum intrâisset Ierosolymam, commota est universa civitas, dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ. *Matth.* 21. 6. 10. & 11.

MEDITATIO LXXVI.

De invidis sermonibus Phariseorum.

I. **P**harisæi ergo dixerunt ad semetipsos: Vide-

Videtur : quia nihil proficimus ? Ecce mundus totus post eum abiit, *Ioan. 12. v. 19.*

II. Et quidam Phariseorum de turbis, dixerunt ad illum : Magister, increpa discipulos tuos. *Luc. 19. v. 39.*

III. Quibus ipse ait : Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt. *Luc. 19. v. 40.*

MEDITATIO LXXVII.

IESVS flet super Ierusalem, eamque predicat evertendam.

UT appropinquavit Iesus Ierusalem, videns civitatem, flevit super illam, dicens : Quia si cognovisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis : cetera tacentur per Apostopesim, ut, feres, pœnitentiam ageres, &c. *Luc. 19. v. 41. & 42.*

II. Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te undique. *Luc. 19. v. 43.*

III. Et ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt : & non relinquent in te lapidem super lapidem ; eò quòd non cognoveris tempus visitationis tuæ. *Luc. 19. v. 44.*

Alia